Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

cedit! atq; ideirco citius corrunt. quia quo pedem operis po
nere debent. ꝑ palpebram consilii non adtendunt. XVII.
Aliter admonendi sunt mansueti atq; aliter iracundi.
Non numquam namq; mansueti cum presunt uici
num & quasi iuxta positum corporem desidie paciuntur.
Et plerumq; nimia resolutione lenitatis ultra quā necesse
ē uigorem districtionis emolliunt. Aut contra iracundi
cum regiminū loca ꝓcipiunt. quo impellente ira immen
tis uesaniam de uoluunt. eo & iā subditorū uitā dissipata
quietis tranquillitate confundunt! quos cum furor agit
inprecepsi ignorant quicqd irati faciunt! ignorant quicqd
a semetipsis irati paciunt. Non numquā uero quod ē gra
uius ire sue stimulum iusticie zelum putant! & cum
uitium uirtus creditur. sine metu culpa cumulatur. Sepe
ergo mansueti dissolutionis corpescunt tedio! sepe iracun
di rectitudinis fallunt helo. Morum naq; uirtutum
uitium latenter adiungit. his autē suū uitiū quasi
feruens uirtus uidet. Admonendi sunt igit illi ut
fugiant quod iuxta ipsos ē! isti qd in ipsis adtendant;
Illi quod habent discernant! isti quod ñ habent am
plectantur. Mansueti dissolutionē dampnent! ira
cundi ꝑturbationē. Admonendi sunt mansueti
ut habere & iā emulationē iusticie studeant! Admo
nendi sunt iracundi ut emulationi quā se habere